



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex
Tomorvm Editionem ...

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 ZV 1269

IIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

tripudii esset celo & terris. Sed ne quid Baptistæ celebritati & officio detraheretur, octava ab hac die martyris officium percolitur. Agè ergo pater sancte martyr inuicte, supplices tuos refoue, cum iudice seculi causas nostras compone. Si nostram respicias miseriam, nihil feceris, si omnipotentis misericordiâ nihil pulchrius. Mediator Dei & hominum mediatorem audiat inter nos & ipsum: quatenus te orante & ipso propitiante alleuiati peccati pòdere, ad æternitatis mereamur scalam pertinere. Quod ipse præstare dignetur, qui uiuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Inuocat S. Rumoldâ author.

SANCTI PATRIS NOSTRI PROCOPII, EX LEGIBVS D. BENEDICTI VIVENTIS, ACTIONVM VLTE compendium, partim ex annalibus Bohemorum, partim ex antiquo MS. per Dn. Nicolaum Salium Pragensem recens descriptum.

PROCOPIVS homo Bohemus, parentibus nec eminentissimis, nec obscuris Choromæ in Bohemia in lucem effusus, penè infans seueriorem quandam viuendi disciplinam amplectebatur. Sic enim Dei reuerentia, & maiorum intuitu, cor ad honestè viuendum firmarat, vt omnes voluptatum fucatarum fibras animo prorsus eradicaret. Quam eius, magnum quid pollicentem, indolem parentes circumspècti animaduertentes, alendam eam & extendendâ rati, Pragam eum admodum puerum transfulerunt, vt Vissegradum Dalmaticis literis, quæ id temporis ibi florentes erant, expoliretur. In quibus ille tantum desudauit, vt commilitonibus suis doctrina multis gradibus emereret. Viuendi autem eius ratio tam insigniter pura fuit, vt ea excitati præcipui eius loci sacerdotes, eum licet renitentem, Collegio suo cooptarent. In quo ille statu peruihil in orationibus consistebat, die nihilominus in diuino officio contrito: tandem Sacerdotij gradum conscendens, cogitare coepit parum se hæc in pietatis studio progressum, ni maioribus virtutum incrementis exorsos satus prouehere eniteretur. Hæc animo agitans, in monachum D. Benedicti instituta professum, Deo hoc ita curante, incidit. A quo & vitæ ab humanis negocijs seiunctæ normam excipit, & cultu corporis nouo inuolutus est, sicque parentes inuifit, non ea mente, tantumquam impotentiori aliquo conspiciendi eos affectu pungeretur, sed vt reconditam aliquam & hominibus ignotam specum eligeret, in qua, liber à populari tumultu, liberius Deo officij sui pensum exoluere posset. Quod cum ageret, & anxius per inuios saltus, atque inaccessos montes singula lustrâs oberraret: deuenit tandem in antrum quoddam duobus circiter miliaribus à castro Curimæ diremptum, qui locus à fluuio præterlabente Salsauæ appellatione percrebuit. Quod quidem antrum mille propemodum dæmonia infederant, quæ non leues illi molestias creabant. Ille tamen, vt athleta Christi impavidus, cum ijs orationum & ieiuniorum telis acriter depugnans, palmam certaminis referebat.

4. Iulij festum eius celebrant Bohemi. S. Procopij patria.

Pragam literis imbuetus mittitur.

Initiatur sacerdotio

Assumit monasticæ vitæ viuendi normam.

In specu habitat. Oratione dæmones fugat. Cap. 2.

Cuius tam grâdes spiritus, & masculos labores, admirationis & imitationis ergo volens Deus orbi palam facere, Vdalricum Principem Bohemiæ, occasione venationis, præconem virtutis eius & testem inculpate actionis produxit. Hic enim Princeps cum comites, & molossos suos, volucris cursu præteruectos, nec assequi, nec ablatis oculis reuocare posset, colligendarum virium causa, quas in ea ferarum infestatione exhauerat, sub opaca quadam eius siluæ arbore refedit. cum in sperare ceruus ramosis cornubus mirandus maturo gressu eum quiescentem præteruolans, secretiora lustra inire tentabat. Princeps autem, quantum defectis viribus gratissimam corpori fessio medelâ ea mora afferret, videns tamen feram, qualè ea die nullâ inuestigasset, cupiensque, laudis aliquid ex ea cõfecta sibi decerpere, impotentium & effectorum pedum, & damnati cursus oblitus, eu estigio è terra se corripit, & contorto arcu ceruum, vestigijs eius insistentem, premit. Ille autem tam diu ante insequentem se fugam capessit, quousque ad notam sibi specum patris Procopij decurrisset. Truncabat tunc vir Dei, post suas preces, quercum quandam vsui suo seruituram, post cuius tergum, tantquam post firmissimum vitæ suæ propugnaculum, se recipiens ceruus, cõpositis cruribus humi subfedit. Sanctus autem, incitari cursu eius & pauore excitatus, causam

Vdalricus Bohemiæ Dux ad specum viri Dei, diuitius ducitur.

SURIUS

q. d. ber
Nobis
RVITI
5

nouitatis huius assequi volēs, caput sustulit, & eminūs prospiciēs hominē lauta facie, & amictu corporis minimē agreſti cōſpicatus, neruo obuertum ex aduerſo vultum in se direxiſſe videt. Steterūt aliquātum ambo mutua admiratione obſtrictum Princeps percontari, quid hominis eſſet, cui ille, se magnis facinoribus obſtrictum Christi tamen feruum dicere. Hoc responſo excepto, concuſſus religione Princeps, laxato arcu cernuus ad pedes Sancti ruit, & ad arbitrium eius nutumque se compo-

Vdalicus ad pedes Sancti pro uoluitur. Cap. 3.

Beatus verò Procopius, ductum in penetrabile suū viuō saxo erasum, quia eū anhelanti ore loqui videbat, quiescendo aliquid laxamenti proſtratis viribus corporis dare hortatur. Morem gerit Dux, & succedēs antro, locato corpore, primo orator hospitē suum, vt suā torrenti siti remediū aliquo potu adhibeat. Nihil differt san-

S. Procopius ei aquā in vinum mutatam propinat.

ctus: aquam qua guttur suum proluere assueuerat, Crucis signo perſtrictam ei propinat, quā subito in talem molliſſimi vini saporem, diuina operatione trāſiit, qualem Vdalicus Princeps, nec in genialibus Cæsareæ mensæ epulis, (inter quas olim alitus fuerat) vnquam se libāſſe assueuerat non dubitaret. Diuinam ergō vim hic se exercere cognoscens pius Princeps, flagitare quasi importuniūs à sancto patre cepit, vt leuandorum criminum suorum spe certiori, multā in se iudicio suo patere decerneret non grauaretur. Admisit preces tam iustas sanctus Dei homo, & vt templum Deo sub nomine D. Iohannis Baptiſtæ à fundamentis erigeret, idq; celebre religioſis viris cōtractis, & copioſis prouentibus dotatis efficeret, in mandatis illi dedit. Quæ omnia Dux, vt animosē & alacriter expetiuit, ita exauditus, strenuē extremam manum operi adiecit. Id autem ab eo perfectum est anno millesimo nono, quo tempore Henricus secundus faſces Imperij post Othonē tertium poſſedit, & in Pannonia beatus Stephanus Rex diuinorum operum effector magnificus florēbat. Vbi dum cælestibus negocijs vacās ageret Procopius, stipatus choro purgatoris sensus hominū, quos sibi delectu acri habito collegerat, mirum dictū quantis vndiq; egenorum & morbis tentatorum examiniibus, præcipuē autem eorum, qui comitiali morbo vexabātur, crebrō circumfundebatur. Quibus omnibus Apoſtolica pietate itā se commodum impartiebatur, vt nemo ab eo tristis, omnes letabundi redirent. Ante omnia autem cō animū cogitationemque intentam veluti arcum tenebat, nē quid domestici eius, qui eodem cultu & sacramento obſtricti, Deo secum militarent, importuniori aliqua spiritūs tempestate iactarentur. atque hæc Procopij apud se gesta prædicatione & memoria digna.

Dux ad votum viri Dei templum extruit, & S. Iohanni Baptiſtæ dedicat. Hic fuit S. Henricus dicitur Claudus, qui I. talis primus vocatur. Eiectas S. Procopij in pauperes & aegros.

Cap. 4.

Quæ verò ab eo in luce & in propatulo patrata fuere, talia ac tanta memorantur. Principio quidem Menonem virum piū cū illis diebus, quibus inter Pascha & ascensum Christi Domini, viri Christiani supplicationes stas prælata Cruce obeunt, flumē, nē Procopij choro copulari posset, arceret, videretq; in vltā posita ripa scapham conto hærentem, orauit Deum eius sibi copiam intuitu meritum D. Procopij fieri. Orationi euentus felix respondit. Mox enim scapha reuulso conto à ripa refiliit, crispantes vndas secare, & ancillāti similis genibus oratoris se applicare. Quæ ille conscensa, & conto quem ponē secum cymba attraxerat nauiculā subigens, optatis se tandem aruis exposuit, & religione exolutus, cū rem miraculo dignam Procopio aperiret, eamq; bonitati eius imputaret, illæ se declinare, & in dicentis fidem retorquere atque congerere perseueravit.

Miraculum S. viri meritis.

Cap. 5.

Aliud deinde tale ab eo tantumq; patratum est opus, quod viri sancti solidā virtutem arguit. Namq; vir quidam asperriimo mali genij furore percitus, cū ab eo inedia se castigare iussus paruisset, illeq; potentibus verbis in exturbandum diabolū prolatis incubisset, repente dæmon hominis illius incola, speciem terribiæ volucris exhibēs, ex ore illius, tāquā ex nido prouolauit, & in culmine recti consistens, itā orationibus eius ibidē appetitus est, vt deorsum corruerit, lapsuque illotria amplius in frustra dissipatus sit. Hanc tantā eius in affligendis gregalibus habentes dæmones potestatem, dira & contumeliosa voce questi sunt, se suis sedibus euolui, & exhortantium more ad emigrandum in Lobec (loci cuiusdam nomen est) cum Milobusensibus inuitare. Quos Deo charus homo, nē sibi molestias cōmentationi dedito crearent, potenter, immanem strepitum cientes, proſtigauit.

Dæmonē eicit ab obſeſſo.

Dæmones fugat. Cap. 6.

Interea Vdalicus Dux laxata egritudinis vi membrorum cōpage, vita defungitur, herede Bohemię Beretislao filio scripto. Qui non leuibus hominū narrationibus excitus, quæ Procopij & quanta eſſet viuendi innocentia, & nobiliū factorum clari.

Vdalicus Ducis obitus.

claritas, ad eum pergere, & coram illū alloqui destinavit. Quod dum perhumanē & demisē facit, suggeritur ei à proceribus suis, Patrē eius mortis precipitis interuen-
tu, nō cumulatē monasterio illi censibus pollicitis satisfecisse. Quibus auditis Dux,
nihil protelandum cum hoc opere ratus, subito in multis satisfecit, in paucis se fa-
tisfacturum propediem & hilariter recepit, Procopium quē designatum cōnobije-
ius Præfectum, obfirmatē id munus defugientem, inextricabilibus rationum la-
queis ita circumcinxit, vt enodare se minimē posset. Quod quidem munus ita gessit
vt omnibus magnoperē eius gubernandi ratio accepta esset. Sic nanq; benignē ius
suum in eos exercebat, vt nunquā aliquem subiectorum duriori ore percellerit,
omnes verō mirificē colloquijs suis, quibus frequenter eos ad officij initi perfecti-
onem cohortabatur, permulserit. Hinc factum, vt neque ille, in quem sanctus Dei,
quod molliori & fractiori vocis sono quā par erat inter sacrificandum modula-
batur, virgis animaduertere iusserat, quicquam ea punitione irritaretur.

Cognito tandem vitæ suæ occasu, palam Emerano & Vito amantissimis iuxta
ac fidissimis secundum Deum filijs, quod sibi intra triduum mortis agon impende-
ret, denunciare non destitit, atque epilentico, stipem tunc à se exigenti, vt tantisper
prætolaretur monuit, quo sibi vita functo, tunicam elemosynæ loco asportare
liceret. Mox conuersus ad suos, præscio futurorum casuum spiritu, quæ tempestas
incommodorum eos quasatura se ablato esset, instar Patriarchæ Ioseph aperte il-
lis varicinatus est. Aiebat nanque, Beretislao Bohemiæ domino sospite, secunda o-
mnia illis erepto eo, sinistra quæuis eos occupatura. Spitigneum Principem pater
Procopius hac in futurum porrecta oratione designabat, qui adeo crudeli odio in
eos deflagrabit, vt vertere solum, importunitati eius cedentes, cogentur. Verū
nē infaustorum tantum commemoratio admodum concuterentur, commuta-
tione festina prosperorum euentuum, quam sub Vratislao successore Spitignei ex-
perturi erant, eos mirificē permulserit. Tali sermone ad eos habito conqueuit, & bre-
ui post vitam reliquit, id quē circa annum 1033. Cal. Aprilis.

Post eius obitum discipulorū eius religiosum agmen, veritū ne exultātes res eo-
rum prouido gubernatore cassæ breui desluerēt. cocuntibus suffragijs Vitū amanti-
ssimum patri Procopio, maturum & seriū piūq; virum, omnibus rationibus id-
onus excutere conantē, Præfectum sibi constituit. Cuius administratio tam diu in-
tegra florensque extitit, quandiu Beretislaus beneuolus Princeps in humanis agebat.
Eo enim exanimi facto, derepentē Spitigneus turbo, beati illius præfaga voce denū-
tians, in eos erupit. Cui collustratus aliquantisper Vitus, cum se imbecillum tanto
furori reprimendo sentiret, cedendo atq; in Pannoniam demigrando, victor eua-
sit. Vixit eouq; in exilio Pānonico, quousq; Spitigneus viuere cessasset. Interē Ab-
bas quidam Germanus homo asper loco illi præficitur. Qui ad nocturnos cōcentus
vadens, cum ter à B. Procopio, sibi in limine templi apparente, iussus cōnobium il-
lud deserere, minimē paruisset, tandem baculo pastorali ab eodem incussus sapuit,
& verbere proteruorum pædago eruditus, pægaso volucrior indē exiit. Princi-
piq; Spitigneo, qui eum monasterio præposuerat, duos casus suos anhelans cōme-
morauit. Quæ cum crebris hominum sermonibus vsurpata Vratislao, qui habenas
regendæ Bohemiæ post Spitigneum suscepit, inclaruissent: ita audicione eorum re-
fectus est, vt è Pannonia Vitum Abbatem, reliquosq; B. Patris discipulos reuocārit,
eosque loco ordinique pristino in Bohemia reddiderit.

Tum quoq; vir quidam Labessa nomine, aulæ Principis affectator, maleuolorū
iuiquis accusationibus appetitus, cum vitæ fortunarūq; suarū ruinā certō præ-
didicisset, fugā eques ad Sazauam flumē arripuit. Quod cum transvadere nō posset,
& infensos hostes circumuolare eminus conspicaretur, fusa ad Procopium, cuius
ædem vitrā intuebatur, prece, subito amnem fluidā glacie rigere videt, quam pati-
entem sui inuadens, iumento manū ducentis sequente, lento gressu superauit. Quæ
non mora liquefcens, atque in currentes vndas reuoluta, illi tutelam, inimicis verō
eius obstaculum comparauit. Factum id Augusti mense, quo sole Leonem ingres-
so, feruentiori calore Bohemia huic signo subdita, torrerī solet.

Mulier diuturno languore detenta, iussa est à Procopio sibi apparente, vnum ex
discipulis illius Vitum, aut Emeranum aduocare: quorum cum Emeranus eam ac-
cessisset, & Deo illius iacentē valetudinem oratione cōmendāset, protinus ex inte-
gro conualuit. Vpilio Sazauicnsis amictus veste, quam sublegerat, à domino rei

Beretisla-
filius eius,
monasteri-
um S. Pro-
copij mul-
tis donat-
diuitijs. e-
umq; præ-
fectū creat
Attendat
hec de hies
monachi,
qui voca-
tus in chō-
ro parūt.

Cap. 7.

Mortem
suam & v-
tura mala
suis filiis
prædicat,
Gen. 50.

Felix obi-
tus eius.

Cap. 8.

Vitus ei
succedit.

Monachi
tyrannicē
Spitignei
nō fereres
in Pānoni-
ā migrant.

Ab Vratia-
lao princi-
pe reuoca-
tur.

Cap. 9.

Quidā ab
hostibus
ati Proco-
pij meritō
miraculo-
sē libera-
ratur.

Cap. 10.
Mulier &
gra sana-
tur.

Vinctus
cippo libe-
ratur.

comprehenditur, & cippo, frustra pro eo interueniente Vito Abbate, inferitur. Hic inclamato nomine Procopij, vidit hominem canitie venerandum, in sola redimitu-
na, quam manu gestabat, robora arctantia contingere, & vt morum comutationem faciat precipere. Tum can-
impetu dissiuerunt, vt ianuam eius loci deturbarint, illeq; in etinaculis expeditus, liber
euolarit. Martino cuidam, in sacro viuendi genere tyroni, fures suppellectilem, dum
in supplicationibus nocturnis excubaret, depeculati sunt. Ille ad sepulcrum P. Pro-
copij, velut ad tribunal iudicis causam ferens, locum se mutaturum asseruit, ni Proco-
pius illos rerum suarum euersores coerceret. Audit voces queruli a lominij sanctus,
coegitque fures illos ablatum eius peculium quamprimum referre. Virginitus facis
tenues eorum fortunam tenebrio quidam furtim asportarat, quas moerentes noctu le-
niens verbis P. Procopius bene sperare iussit. Moxq; furum illum, hominum quorum,
dam opera captum, & pro ademptis omnibus satisfaciendum, eis stitit. Oblatus iterum
alteri mulieri Procopius iniunxit, vt cognatam suam ni perire morbo, quo con-
stabat mallet, Sazauq; monasterium adiret, & orationis sacrificium ab aliquo ex
incolis eius postulare iuberet. Audit hec, paruit illa, & curata est. Mulier alia alieno
viro adhaerescens, raptis bonis proprii mariti, fugam conuenit: Hec retracta exigi-
nobili illa profectione, verberibus liuida, cippo committitur. Sed Procopij admoni-
tu, iussa vitiosos amores ab animo profligare, elaqueatur. eum enim illa imporru-
no clamore, plangoreq; celo sibi euocarat. Quatuor annorum spatio alia mulier de-
uisus & membrorum vsu defecta, die Natalis Christi, dum sacrificaretur, Procopij
nomine, ingeminato, sibi restituitur, hunc suarum precum, & inedarum ad sepul-
crum eius susceptum, fructum capiens. Quae septem se populo alleuerabat, Pro-
copium, oculis ipsius sacrum signum Crucis efformantem, se vidisse, moxque inua-
letudinem amisisse, idcircoque in nomen Procopij exaltata voce efferebat.

Sanctus co-
git fures a-
blata resti-
tuere.
Item furum
alium.

Aegra cu-
ratur.

Vincta cip-
po absolui-
tur.

Cæca &
contracta
sanatur.

Cap. 11.
Apparet S.
Procopius
cœnobij
sui Præpo-
sito.

Item sum-
mo Ponti-
fici, man-
dans vt ca-
talogo san-
ctorum ad-
scribatur.

S. Procopi-
us Sancto-
rum cata-
logo ad-
scribitur.

Cap. 12.

Multi egri
ad sepul-
crum eius cu-
rantur.

Cap. 13.
Apparet
suis S. Pro-
copius.

Iterum ap

Blasio cœnobij sui Præposito, ter mandarat Procopius, vt Romano Pontifice a-
dito, cui quo se albo diuorum, relatis non, vulgaribus suis operib. adscriberet, exci-
taret. Paruit iussus, distulit rogatus: exposuit iussa legatus, neglexit exequi ea præla-
tus. Egit quod debuit petitor supplex, non consummatum requisita, quae potuit Pô-
tifex. Sic ergo attenuato annuo sumptu, salutatis liminibus Apostolorum Petri &
Pauli nocte abibat Blasius. Cum Procopius indignanti similis, Pontificem sopitum
corripere, quod segnius honori suo studens, preces sacerdotis sui ita repulisset. vt
ad spectum hominum non ferens, ieiunis oculis excedere Vibe cogere: adie-
citque, ni hominem via D. Laurentij suburbani gradientem reuocaret, tum verò
se illum (pedum in sublime tollens) perforurum: Pontifex horribilis ostenti facie
fomno resolutus, semisopita voce, quis esset perconatur: Procopius, ait ille, & eua-
nuit. Procopij sacerdotem Pontifex Blasium per sagaces & expeditos cursores re-
ductum, cum auidè, presentibus 13 purpuratis patribus, de Procopij gestionibus au-
disset, diuina re facta, Sanctorum numero illum asserit: missoq; in Bohemiam Gui-
done S. Mariae trans Tyberim S. Calixti presbytero Cardinali (Legato à later: val-
gò dicto) Procopium sanctum, beatum, felicemque credendum, vocandum, colen-
dum pronunciat, ei que tanti nominis & tituli apud omnes ferendi author est, idq;
anno Domini nostri 1204. quarto nonas Iunij.

Neque verò Deus Legatum illum, tantum confirmatorem nobilium facinorum
Procopij, sed etiã testem atq; præconè virtutum illius, apud suos Romæ effecit. Nã
& monumentum quod ille diffringebat, odorè gratissimum ipsi inhalauit, & com-
plures cæci, surdi, muti, dæmonibus occupati, complures etiã insanabili morborum
genere labefactati, spectante ipso, comòdam valitudinem assecuti sunt. Quibus il-
le visis, tanti Procopij habuit, vt & munificis largitionibus eos secundum animam
cumularit, qui Procopium salutaturi accederent, & ditissimos illos paratus, quibus
sacrificio deditus fulgebat, ei templo in honore Procopij, tanquam obfides sui erga
eum amoris donarit, presentibusque Episcopis tutelam eius loci commendavit.

Alio tempore, cum festo D. Iohannis (cui hoc templum attributum est) egrediente
pompa tam mystarum, quam profanorum hominum, Abbas quidã, ignotus omni-
bus, virga pastoralis quosdã in eo agmine cõtingeret, visus est canentes eos prægredi,
& cœnobio eorum succedere, & illi quidem ianuam, quam discedentes clauerant,
patentem offenderunt, & valentes, quos virga permulserat, notãtes, Procopij fuisse
non vanè crediderunt. Eodem die, non eodẽ anno, in eodem templo agri causam
strepitus

SURIUS

q. ber
Nobis
RVIII
5

strepitū rogati, nubem ab altari proferri, duosque viros eam consequi, eosque sibi & bene precari, & tactu virgæ se perstringere vidisse, indeq; morbum concla-
matis depulsum, affirmabant. Aedituus templi D. Iohannis, quo recubat Procopi-
us, vidit in somnis sanctum ceci oculos Cruce notantem, & plausu hominum vigil
factus, curatum adspexit. Eundem adituum, somno grauiori prostratum, sanctus
Dei signum dare iussit, quo suæ familiæ homines strato euocati psalmodiæ insite-
rent. Parricidæ cuidam non semel S. Procopijæ dem visenti, catena asperissima, qua
ei impacta carnes eius eradebat, tanta vehementia in templo D. Petri ab eo resiliit,
vt strepitu homines ad miraculum contemplandum exciret. Fabianus vir sacer, in-
stitutum P. Procopij in eius cœnobio moribus exprimens, dum parietem templi e-
dificator attollit, vnâ cum ponte & acervo saxorum deorsum ruit, exijs erutus, a-
missa iam voce lectulo reponitur, noctu suspirat, surgit, opus prosequitur, narrat-
que virum quendam formosum, habitu suo agmen ruentium lapidum excepsisse,
eosque sinu suo, ne se affligerent, condidisse.

Clens cuiusdam asperimo dæmonio agitur, omnisque quietis impatiens, in
templum cœnobio Procopij adiunctum inducitur, ibi cum in morem volatis pro-
tenis late manibus, & dirum vociferans, secundū occipit procurfaret: die natalis
S. Procopij inter sacrificandum, dum tranquillior ad sepulcrū eius, precaretur, tur-
bulento illo hospite liberatus est. Adolefcens spretis parentum monitis, posthabi-
taque Missa & templo, die Dominico aliorum ludicæ declinauit. Quem dæmon
ligatum in piscinam contrusit, vt eum præfocaret. Sed parentes à seruulo inquisi-
tore eius, quo in statu res eius versaretur, certiores redditi, confestim aduolantes
fluuitantem illum morti eripiunt, & sensu excussum S. Procopij ossibus applicant,
sanumque beneficio eorum reducunt. Adolefcens alius tetra facinore delibutus,
noctem vnâ dum comperaret, ira seipsum amisit, vt ad tactum omnem stuperet.
Eum sepulcro S. Procopij admotum, atq; ex cyatho eiusdem sancti refectum, per-
fectum amici domum profecuti sunt. Puellæ cuidam diabolus molestias frequen-
tes creabat, illa eas parentibus tam diu aperire differebat, quousq; ab eo in lecto cō-
prehensa, eminus à domo euibraretur. Quam mater angulis omnibus domus nō
inuentam, tandem didicit penes fontis cuiusdam crepidinē apertis oculis cæcā,
sui ipsius ignaram, rigentemque desiderare. Ergo festinē instar Chananæ ad proxi-
mum templum eam adducit, & tridui ieiunio, multisque orationibus, cum ea ex-
cōsilio sacerdotis eius loci susceptis, cum nihil se proficere notaret, Procopio eam
restituendam offert, & restituta est ab eo firmæ & plenæ sanitati, nec in casum ob-
secrationibus suis eum fatigauit. Et me toties toties vocantem te audi Procopi Pa-
ter, & hanc quam à te postulo, quamque præstare potes, non alieno sed tuo sacer ah
sacro, gratiam mihi benignus impertire.

paret qui-
busdam æ-
gris, eos sa-
nans.
Item aliū
curans ca-
cum.

Catenatū
parricidā
a vinculle
soluit.
Cōseruat
ruentē in
præceptā
læsiōne.

Cap. 14.
Dæmoni-
acus cura-
tur.

Adolefcens
quidam a
mortis pe-
riculo libe-
ratur.

Item aliū

Marth. 15.
Vexata a
dæmonio
liberatur.

VITA S. PETRI RAVENNATIS AR- CHIEPISCOPI, COGNOMINE IUNIORIS, VT HABE-

tur tertio libro historiarum Rauennatum Hieronymi

Rubei viri doctissimi.

POHANNE secundo Rauennatum Archiepiscopo vi-
ta fundto, Petrus iunior in eius locum subrogatus est, cu-
ius Archiepiscopatus tempore, Galeus Pontifex Maxi-
mus fato concessit, in cuius locum Anastasius secundus
subrogatur: qui cum adhuc alterum annum Pontificatum
non administrasset, moriens, successorem habuit Symma-
chum Sardum, in cuius creatione dissensus est. Pars enim
sacrorum virorum apud Constantinianam basilicā Sym-
machum decernit Pontificem: Pars ad diuam Mariam in
via noua Laurentium creat: vnde seditio ingens, Senatu populoq; Romano duas
in partes diuiso, orta est. Quam obrem omnium consensu Cōcilium Rauennæ in-
dicitur: plerique iussu Theoderici scribunt. In eo maximē Petrus Archiepiscopus
Rauennas enituit: & re tandem omni controuersiaque discussa, Symmachus in Pō-
tificatu confirmatur: qui certē ingenti benignitate vsus, Laurentium competitorē,
Nucerinum Episcopum fecit. Illi Concilio post Laurentium Mediolanensium
Archie.

31. Iulii.

S. Petrus
iunior fit
Archiepi-
scopus Ra-
uennas.

Conciliū
Rauennæ
se.

Dist. 17. &
96.